
ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - Administratio: Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

LEIRIEN. - FATIMEN.

Primaevo titulo dioecesis Leiriensis additur titulus Fatimensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qua pietate ac religione in Virginem feramur, Christi Matrem castissimam caelorumque Reginam, cum verba Nostra produnt, tum maxime vita: non enim aut loquimur quidquam aut gerimus, quin inde, praeterquam quod Christi, adorandi Dei Filii, etiam Matris eius laus grata promanet. Erga vero Deiparam Virginem Fatimensem singularem inclinationem Nostram et peregrini pluries ostendimus Fatimae, et supplices in foro S. Petri Romae ultro monstravimus, cum recens catholicum orbem incertasque eius fortunas in Illius tutelam tradidimus. Qua re, cum Venerabilis Frater Albertus Cosme do Amaral, Episcopus Leiriensis, suo suorumque tum cleri tum etiam populi nomine, ab hac Apostolica Sede petierit ut suae dioecesis indici etiam titulus « Fatimensis » adderetur: summam enim et famam, et gloriam, et laudem quae ex eo pago in quo Virgo se ostenderit, tamquam e fonte clarissimo, in totam dioecesim redundasse; ceterum esse beatissimam illam Matrem ab anno MDCCCLXII Patronam dioecesis princi-

pem; Nos, fore putantes ut concessum beneficium pietatem erga Deum eiusque Genetricem augeat, libenti sane animo admotae expostulationi concedimus. Quapropter, consilio ante petito a Venerabili Fratere Sancte Portalupi b. m. olim Archiepiscopo titulo Christopolitano atque in Lusitania Apostolico Nuntio; iis praeterea probatis, quae Sacra Congregatio pro Episcopis de re statuerit, factis olim a Nobis potestibus, placet veteri titulo Leiriensis dioecesis etiam « Fatimensem » apponi, sane in perpetuum, ut posthac ea Sedes *Leiriensis-Fatimensis* cognominetur. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, die tertio decimo mensis Maii, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

BERNARDINUS Card. GANTIN
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost. s. n.*

Loco \boxtimes Plumbi

In Secret. Status tab., n. 134502.

II

ASSIDONEN. - JEREZEN.

In cathedrali dioecesis Assidonensis-Jerezensis templo, quod honori Sanctissimi Salvatoris dicatum in urbe « Jerez de la Frontera » exstat, Collegiale dissolvitur et Cathedrale instituitur Capitulum.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui novam nuper dioecesim nomine Assidonensem-Jerezensem condidimus haud obliti sumus per Apostolicas tunc Litteras Nostras id quoque inter alia decretum esse, ut in cathedrali eiusdem Ecclesiae templo etiam Capitulum Cathedrale postea institueretur secundum proprias normas. Nunc igitur, auditis precibus huic Sanctae Sedi ab Episcopo Assidonensi-Jerezensi adhibitibus, ex sententia Sacrae Congregationis pro Clericis, quam ratam facimus, vi et auctoritate Nostra Apostolica per has Litteras Capitulum Collegiale memorati templi dissolvimus simul atque Capitulum Cathedrale ibidem condimus duo-

versae Rivogallaëcensis dioecesis principalem apud Deum *Patronum* constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, praecipuis locorum Patronis rite competentibus. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XX mensis Novembris anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Beata Maria Virgo a Rosario de Fatima in principalem Patronam totius dioecesis Leiriensis constituitur, una cum Sancto Augustino, Episcopo Confessore et Ecclesiae Doctore, Patrono aequae principali eiusdem dioecesis.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Miris modis auctus est cultus marialis in Lusitania, ex quo Alma Deipara, cui suavis adiecta appellatio a Rosario, in Convalle Sanctae Irenes seu « de Iria », ut vulgo nuncupatur, benignissime se obtulit conspiciendam. Exinde Augusta Virgo in sacratio Fatimensi, quod singulari gloriae cedit dioecesis Leiriensis, perpetuis excolitur obsequiis nec est in tota regione, quae eiusdem iurisdictionis finibus continetur, ulla ecclesia paroecialis nec ullum fere oratorium, ubi simulacrum Dei Genetricis, de Fatima appellatae, non sit propositum publicae fidelium venerationi. Praeterea e pristino instituto Leiriensis dioecesis clerus et plebs christiana suum habent tutorem egregium Ecclesiae Doctorem, Sanctum Augustinum, cuius animus divino amore saucius erat atque etiamnum aptus est ad homines eodem igne accendendos. His omnibus perpensis, Venerabilis Frater Ioannes Pereira Venancio, Leiriensis Episcopus, Nos rogavit, ut Beatam Mariam Virginem, nomine illo insignem, praecipuam suae dioecesis Patronam

renuntiaremus, servato simul et confirmato Sancti Augustini praesidio. Quibus precibus libenter admissis, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolica potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem a Rosario de Fatima principalem apud Deum Patronam una cum S. Augustino, Episcopo, Confessore et Ecclesiae Doctore, Patrono aequae principali totius Leiriensis dioecesis constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII mensis Decembris, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris Caracensi templo paroeciali Sancti Petri Apostoli conferuntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Merito collaudatur Caracense templum paroeciale, Sancto Petro Apostolo sacrum, quippe quod, licet sit paucos ante annos exstructum, tanta refulgeat magnificentia, ut ceteris principis illius urbis Dicionis Venetiolanae ecclesiis longe antecellat. Ornatur enim aris ad praestantissimae artis rationem, quae olim obtinuit, faberrime factis, egregiis Sanctorum Caelitum simulacris, sacra suppellectile non modicae pulchritudinis ac pretii. Cuius in ecclesiae, molis etiam amplitudine commendatae, ministeriis plures versantur sacerdotes, qui plebi Dei sanctae religionis pabulum impertiunt. Vota igitur significans parochi atque fidelium eiusdem templi studensque

LEIRIA

FÁTIMA

Sufragânea de Lisboa

NOTA HISTÓRICA — A diocese de Leiria, que tem como padroeiros Nossa Senhora de Fátima e Santo Agostinho, foi criada, a pedido de D. João III, pelo Papa Paulo III com a Bula «Pro excellenti», de 22 de Maio de 1545.

Extinta por motivos políticos em 4 de Setembro de 1882, foi restaurada por Bento XV com a Bula «Quo vehementius» de 17 de Janeiro de 1918.

Por decreto da Congregação dos Bispos, de 13 de Maio de 1984, confirmado pela Bula pontifícia «Qua pietate», com a mesma data, foi dado à Diocese o título de Leiria-Fátima.

Desde a sua restauração teve como bispos residenciais: D. José Alves Correia da Silva, D. João Pereira Venâncio e D. Alberto Cosme do Amaral. Serviu também a Diocese como Bispo-Auxiliar do Senhor D. João, o Senhor D. Domingos de Pinho Brandão. Em 2 de Agosto de 1987, o Senhor D. Serafim de Sousa Ferreira e Silva deu entrada na Diocese, como Bispo Coadjutor, tendo sucedido ao Sr. D. Alberto em 2 de Fevereiro de 1993.

Ultrapassando já os 260 000 habitantes, a Diocese tem 1 700 km² e está dividida em 73 paróquias, pertencentes aos concelhos de Leiria, Marinha Grande, Batalha, Porto de Mós, Ourém e parte dos concelhos de Pombal, Alcanena e Alcobaça. Também pertence à Diocese o Santuário de Fátima, com jurisdição de quase-paróquia.